

2128 in loco q. d. bosco di S. Stefano inter vicus Solopaca et Paupisi iacet in campo.

C · ACELLIVS · C · ET · L · L · SYNEROS
AVGVSTALIS · MERCATOR · SVARIVS
SIBI · ET · CALPVRNIAE · SP · F · PHYLLIDI · VXORI
C · ACELLIO · C · F · FAL · VEMENTI · FILIO
5 AED · PR · II · VIR · Q · PRAEF · FABR
HOMO · ES · RESISTE · ET · TVMVLVM · CONTEMPLA · MEVM
IVENIS · TETENDI · VT · HABEREM · QVOD · VTERER
INIVRIAM · FECI · NVLLI · OFFICIA · FECI · PLVRIBVS
BENE · VIVIER · OPERA · HOC · EST · VENIVNDVM · TIBI

Dressel descripsit et ectypum sumpsit.

1 C·FIL·L Dressel et ita videtur esse in ectypo; C·ET·L·L Henzen proposuit. — 6 'vide ne in lapide sit HOSPES, nam homo es insanum est' Buecheler; sed in ectypo ita est ut Dresselius legit. — 7 VIERER Dressel cum ectypo, VTERER Henzen proposuit. 'Archetypus versus fuit talis iuvenis tetendi ut haberem quo fruerer senex' Buecheler. — 8 'senarius fit si iniuriam legitur et feci altero loco omittitur; bonus versus non fit nisi sic officia feci multis, nulli iniuriam' Buecheler. — 9 VIVE·PROPERA commendat Henzenus neque refragatur ectypum. 'Senarius hians in caesura propera, hoc: eandem clausulam habes vol. I n. 1431 (spec. anth. epigr. II n. LXXXIV)' Buecheler.

2130 Vitulani rure Sauchellorum.

D · M
AERVLLIAE
IVSTAE · CON
IVGI · PETR
5 ONIVS · PR
I M I G E N I
ANVS

Verusius B. f. 47.

2131 [= 1586] litteris antiquis. In pago li Calci proxime a Vitulano in aedibus Melilli PIPERNO (v. infra). Ibidem adhuc.

Q · CAVCIVS · A · F · STE
M · CAVCIVS · Q · F
PATRI · FACIENDO
CVRAVET

Recognovit Dressel. Petrus Piperno in praefatione ad tragoediam *la vita di S. Menna* editam Venetiis 1692 titulum sic profert: 'Li Calci, fondato da Pietro Calcio Patritio Romano,

come appare dal seguente epitaffio, che si ritroua nella casa de' signori Melilli, coll' imprese di Caio Verrio, d'onde dipende la casa Verrusio, congiunta con detta casa Melilli: PVBLIVS CAVCIVS CIVIS ROMANVS | POSSIDET HANC AEDEM ET SVOS FINES. | Q(VINTVS) CAVCIVS A. F. STEM(MATE) CAVCIVS | Q(VI) F(VIT) PATRI(TIVS) | FACIENDO CVRAVIT P. S. Parentheses interposui ego. Idem in praefatione sic fabulatur: *Da Publio Caucio suo cittadino fu difeso Benevento dalle insidie de' Goti, essendo sortita una battaglia su d'un alto monte detto Campo Sauro, cioè campus aureus per la moltitudine dell' oro, che in quella rotta d'armi fu disperso, tanto da' popoli Agatani de' Goti, quanto da' Beneventani Sanniti, essendovi morti molti capi d'ambidue le parti, rendendone veridica testimonianza i teschi e l'ossa quali in una grotta si conservano e sembrano eccedere la natura umana, dove anche morì Publio Caucio, come si disse generale dell' esercito Sannite.* Hoc epigraphiae genus popularibus quam acceptum fuerit, declarat epigramma a grato quodam lectore auctori dedicatum:

Pietro, dove apprendesti
In tanti modi a regolare i carmi?
Ed in qual parte poi
Tante memorie belle
Ritrovasti in Volan d'antichi marmi?

In ed. I indeque vol. I n. 1222 dedimus ex schedis Cassitti, in addendis p. 562 et in tabula Ritscheliana XCVIIIc ad lapidem. Referunt item A. S. Mazochi in syll. ms.; Galletti apud Marinium Vat. 9126 f. 185; Garrucci ann. inst. 1860, 236, diss. arch. 1, 102 tab. 9 n. 3, Ben. p. 29. — Ego de hoc titulo aliquando dubitavi, cum formae vocabulorum receptis legibus parum respondeant, dubitavitque item Ritscheli in praef. p. 97. Sed cum iam constet titulum extare, dubitatio haec abiicienda est.

2132 Vitulani in parochia S. Petri.

D · M
H Y A L I S S O
C · VMBRIVS · LIBE
RALIS · PATRONVS
5 B · M · F

Verusius B. f. 49 (inde Garrucci diss. arch. 1, 118).

2 (non 1) pro folio in codice est O.

2133 [= 1640] in agro Vitulano rep. 1778.

D · M
LIBONIVS · PRIMIA
NVS · VMBRIAE SE
CVNDINE COIVGI CV
5 M qVA VIXIT ANNIS
XXXV BENE MERE
NTI FECIT

Pelliccia de christ. eccl. politia III, 2, p. 169 a Ludovico Vuolo monacho Caelestino.

2 PRIMIN, 5 OVA traduntur.

2129 Vitulani in platea Folianensi.

ALI · FAVSTO
AVGVSTALI
APELLAE
S · GRATVS
S · SABINVS 5
FECERVNT
R
TOR

Verusius B. f. 32 (inde Garrucci Ben. p. 155). Petrus Piperno (1692) in praefatione citata ad n. 2131 sic ait: *In Foglianese vi è il trionfo de' Sabini facendo per impresa una palma di molte frondi con questo motto: FAVSTO·AVSTALI·GRATA·SABINIS.*

3 APPELLAE Verus.

2134 [= 1649] cippus Vitulani ante ecclesiam S. Mariae maioris.

D · M
L · LVCCAE · O
Q · F
SEVERINO
5 FILI · ET
NEPOTES
urceus FECERVNT patera
SEXTIDIA · ALBANA
CONIVX · CVM · Q · V
10 ANN · XL

Dressel recognovit. Verusius B. f. 51; Petrus Piperno in praefatione quam citavi ad n. 2131; A. S. Mazochi syll. ms.; Galletti apud Marinium Vat. 9126 f. 184; Frid. Cassittus excriscit. 9 C//IVX Dressel.

2135 hora dimidia sub Castel Poto in ruinis pontis fl. Caloris quae dicuntur le Maurrelle.

M · MVNATIVS · M · F
FILIVS

Recognovit Dressel. Garrucci Ann. inst. 1860 p. 258, diss. arch. 1, 105.

2 FII/VS Dressel.

2136 [= 1707] nella masseria detta la Liberga GALL. in loco q. d. Asciiello (quae est vallis inter vicus Caulano et Campoli) CASSITT. Ibi frustra quaesivit DRESSEL.

D · M
PETRONIAE
BRISIDAE
FILIAE
5 DESIDERATISSIMAE
PETRONIA
PRIMA
MATER
FECIT

Galletti apud Marinium Vat. 9126 f. 183. Cassittus ms.

3 BRIGIDAE Gall. — 4 FILVE Gall., FILOE Cass.